

LIII. et LVII. Sequuntur ordine suo reliqui *Prophetæ* majores et minores cum *Libris Machabaeorum*, dein IV. *Evangelia*, *Epistolæ Paulinae*, *Canonicae*, *Actus Apostolorum*, et *Apocalypsis*. Liber quivis litera initiali cubitali picturata ornatur. Inter *Epistolam ad Coloss.* et ad *Theffalonic.* interjecta est spuria ad *Laodicenses. I. Job. 5.* testimonium triplex sic quidem a prima manu scriptum est: *Quia et tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus aqua et sanguis. Et tres sunt qui testimonium dant in celo Pater et verbum et spiritus sanctus. Et hij tres unum sunt;* sed notatur ita legendum: *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in celo Pater et verbum et spiritus sanctus. Et hij tres unum sunt. et tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus aqua et sanguis.* Praeterea omnes Libri instructi sunt Prologis *Hieronimi*, et Argumentis illis, quae illis in *Bibliis glossatis* praefiguntur; verum quaedam ante *Prophe-tas minores* tantum primis vocibus indicata sunt, quod ea Librarius vel ad manum non habuit, vel relicto spatio in aliud tempus distulit, quo exclusus est.

Adtrabe per primum (summum?) medio rege, punge per imum, Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta.

LIV.

R. 3173

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 121. f. per duas, tresve columnas luculente, probeque exaratus, coloribusque illu-

E 3

LIII.

Codex membraneus lat. Sec. ^{U. 56} XIII. Folior. 153. 4. nitide exaratus et rubricis distinctus quosdam *Libros Biblicos* complectitur, quorum Index Sec. XV. scriptus fol. 1. hic est: *Isaias*, XII. *Prophetæ minores*, *Salomonis Parabolæ*, *Ecclesiastes*, *Cantica*, *Sapientia*, *Ecclesiasticus*, *Epistolæ Pauli*, VII. *Canonicae*, et *Job*. Lectio vulgata est. Praemittuntur passim Prologi *Hieronimi*, aut *Summaria* illa in *Bibliis glossatis* obvia. Inter *Epist. ad Coloss.* et I. ad *Timoth.* intercedit spuria ad *Laodicenses. I. Job. c. 5.* Testimonium triplex ita comparatum est: *quia tres sunt qui testimonium dant in celo pater uerbum et spiritus sanctus. et hij tres unum sunt. et tres sunt qui testimonium dant in terra. spiritus aqua et sanguis.* In posteriore theca possessor quidam annum 1476. notavit; anterieus vero eodem Seculo adscriptum est ingeniosum *de baculo pastorali* Distichon, quod repraesento:

stratus est *Liber Job*, *Glossa* utraque et ad latera, et inter lineas stipatus, prout in *Bibliis glossatis* habetur, praemissis etiam foliis Praefationibus et Argumentis. Quare post C. XL. V. 13. manum

num Librarius abstinuerit, non liquet.

LV.

R. 1716 Codex membraneus lat. Sec.

XII. Folior. 186. 8. maj. egregie scriptus, Iconismis XI. Literis florulentis, aliisque ornamentis pro aevi gustu deauratis et picturatis speciosus, olim *Bibliothecae Civicae Vindob.* est *Psalterium Davidicum* cum *Canticis Biblicis* et aliis adnexis, quae edifferam. Initium dat *Calendarium* intra porticus, ut ita dicam, ad modum *Canonum Evangelicorum Eusebii* venuste scriptum, deturpatum vero infarctis a recentiore, imperitaque manu variis SS. nominibus, id, quod etiam communi fatis Codicum fato, quibus possessorum stupor non pepercit, marginibus ipsius *Psalterii* factum esse dolenter refero. Porticus cujusvis Mensis post *Idus* nova fornice intercepta est, cui semper adpingitur Zodiaci signum. Nomina Sanctorum a prima manu rara. Mala fide cum hoc *Calendario* actum esse, disce. Quod ad 3. *Martii* et ad 4. *Dec.* minio scriptum fuerat, erasum est. Ad illam notabatur *Ordinatio*, ad hanc *Festum S. Annonis* Archiep. *Coloniensis*, ut vel vestigia docent. Plausit sibi Veterator, quisquis ille fuit, de erepto jam Dioecesi *Coloniensi* hoc *Psalterio*. Sed fellit ineptum ad 29. *Apr.* *Translatio Sancti Annonis* nitide miniata, duplex quidem; primo enim ad Monasterium *Siegebergense* sibi in vita carissimum, deinde ad splen-

didiolem capsam Corpus translatum est. Neque profuit illi ad 23. *Oct.* atramento inductus *Severinus* pariter *Colon.* Archiepiscopus; nam minium clare transparet. Sunt et plures rasurae, sed quas jam examinare necesse non est, cum etiam *Servatius*, et *Gereon* literis faltem alternis miniatis et majusculis Dioecesi *Colon.* deposcant Dioecesi dico, non Urbem; nam *Festum undecim milium virginum* atramento tantum descriptum est. Cum porro et *Festum*, et *Translatio S. Benedicti Abb.* minio gaudeat, *Psalterium* nostrum praedito Monasterio *Siegeberg.* adferre haud dubitem. Iconismorum jam *Calendario* succedentium I. Virginem ab Angelo salutatam, II. Praesepe Domini, III. Adorantes Magos, IV. Ascensionem Christi, V. Eundem cum libro sedentem, Symbolis Evangelistarum circumdatum, VI. *Petrum* et *Paulum* exhibet. In VII. sistuntur duo S. Heroes armati, quorum alterutrum S. *Mauritium Siegebergae* Tutelarem esse mihi persuadeo; neque enim inscriptiones habent, ut alii; in VIII. SS. *Anno* et *Nicolaus*, in IX. denique SS. *Agnes* et *Catharina*. Icon X. fortasse D. *Jobannem Chrysof.* referens videtur post *Psalum* 50. et XI. *David* citharam increpans post *Pf.* 100. *Psalmi* I. litera incipiens B splendide picta totam occupat paginam, et in ipsum *Psalum* literis quadratis scriptum 3. paginae auro, argento et coloribus alternis fasciatae insumuntur. *Fol.* 153. ordiuntur *Cantica Biblica. Hymnum*